V 9
7631

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181050-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181050-p0002-7

Qk. 219.
Qk. 219 / 6.

Vg 7631

Q. D. B. V

DISSERTATIONEM THEOLOGICAM

QVA

# HERRNHVTIANOS
# NEC A. CONF. SOCIOS NEC PACIS RELIGIOSAE PARTICIPES ESSE

EVINCITVR

PRAESIDE

CHRISTIANO SIGISMVNDO GEORGIO

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQVE PROF. PVBL. ORDIN
REGIOELECTORAL. ALVMNORVM EPHORO
ET ORDIN. SVI H. T. DECANO

AD DIEM OCTOBR. CIↃ IↃ CC LV

*QVI ECCLESIIS LVTHERANIS EST IOBILAEVS*

IN AVDITORIO MAIORI

DEFENDET

M. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS MAVLIVS

KELBRA - THVRINGVS

*VVITTEBERGAE*
STANNO TZSCHIDRICHIANO EXCVSA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181050-p0004-8

*Poſtquam in iis nuper diſſertationibus, quibus inaugurales indixi orationes, in ſolemni panegyri habendas, reddidi rationem partim, cur animum hoc tempore, quod Iobilaeum eſt nobis, ad ſcribendum contra Herrnhutianam ſectam appulerim, partim uero ex prioribus XVII Articulis A. C. probauerim, Herrnhutianos nec A. C. ſocios, licet id toties iactauerint, nec pacis religioſae, participes, eſſe, quandoquidem* ἐξ ἡμῶν, *utar S. IOHANNIS uerbis,* ἐξῆλθον, ἀλλ᾽ οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μενήκεισαν ἂν καθ᾽ ἡμῶν· ἀλλ᾽ ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν, *nunc ad reliquos A. C. Articulos, qui ſuperſunt adhuc, pergentes, eandem de ſecta memorata ſententiam noſtram probabimus ulterius, eademque ratione, liceat id nobis, rem pertractabimus, qua in ſcriptis ſuperioribus exorſi ſumus. Faxit Summum Numen, ut omnia nominis ſui gloriae et Eccleſiae adificationi bene uertant.*

## §. I.

Pergamus itaque ad XIIX Articulum Auguſtanae Confeſſionis, qui de *libero Arbitrio* hanc exhibet doctrinam. *De libero Arbitrio docent, quod humana uoluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam ciuilem iuſtitiam, et deligendas res rationi ſubiectas. Sed non habet uim ſine Spiritu S. efficiendae iuſtitiae DEI, ſeu iuſtitiae ſpiritualis, quia animalis homo non percipit ea, quae ſunt Spiritus DEI, ſed haec fit in cordibus, cum per uerbum Spiritus S. concipitur. - - Damnant Pelagianos, et alios, qui docent, quod ſine Spiritu S. ſolis naturae uiribus poſſimus DEUM ſuper omnia diligere, item praecepta DEI facere, quoad ſubſtantiam actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura* *Art. XIIX A. C. de libero Arbitrio.*

*poſſit, poteſt enim continere manus a furto, a caede, tamen interiores motus non poteſt efficere, ut timorem DEI, fiduciam erga DEVM, caſtitatem, patientiam*, cet. Quemadmodum igitur quilibet ex his uerbis intelligit, b. Confeſſores non loqui de libero Arbitrio in rebus ciuilibus et rationi ſubiectis, ſed de eo, quod circa res ſpirituales uerſatur, utrum in his homo ψυχικὸς habeat *liberum Arbitrium*, adeo, ut a natura, ſiue uiribus naturalibus, ſeſe ad DEVM conuertere, eiusque gratiam ac peccatorum remisſionem conſequi queat, ſic illud concedunt illi, hoc autem ſimpliciter ac recte negant, Scriptura S. praeeunte, *1 Cor. II, 14*, cui addatur, *2 Cor. III, 5, Phil. II, 13*, prout hanc quoque doctrinam b. LVTHERVS contra ERASMVM aliosque defendit maſcule in *libro de ſeruo Arbitrio*. Conf. Apol. A. C. p. 217, ſeqq. *Herrnhutiani* uero, parum de A. C. et b. LVTHERI doctrina ſolliciti, docent, eos, qui Euangelii luce a Spiritu S. nondum colluſtrati, ſed adhuc a Chriſto alieni, ſine DEO, *Eph. II, 12*, et irregeniti ſunt, gratiam apud DEVM conſequi poſſe et remiſſionem peccatorum precibus ſuis. 1) Id uero ut probaret aſſertum ſuum Dn. Comes, ad Scripturam S. prouocat, quam alibi adeo

*Herrnhut. error.*

1) Verba Comitis, *im IV Stück der Büding. Sammlung.* p. 503, haec ſunt, Es iſt eine dreyfache Vergebung der Sünden, nemlich 1) des Unglaubens, wobey Glaube, Leben, und Seeligkeit mit wegnehmung aller Strafe geſchencket wird. 2) Wenn unbekehrte Leute böſe Thaten thun, um Gnade bitten, kriegen ſie, die ſündliche That wird ihnen vergeben, die Strafe wird ihnen geſchencket, ſo wird das auch in der heil. Schrifft eine Vergebung genennet, 3) Wenn ein Gläubiger gefehlet, ꝛc.

adeo contemtim habet, 2) et quidem ad *Pharaonis*, *Niniuitarum*, et *Abimelechi*, exempla, ſed ut, in duobus prioribus exemplis, nullius gratiae, apud DEVM, nullius remiſſionis peccatorum, fieri mentionem, ſic, *Abimelechum* male inter irregenitos referri, accurate oſtendit ſumme Reu. BAVMGARTEN, *in den theol. Bedencken. P. III, XXIV St. p. 381, ſeqq.*

§. II

*Art. XIX A. C. de cauſa peccati.*

Docent pii Confeſſores in Art. XIX, quod DEVS cauſa peccati non ſit, ſed uoluntas diaboli et hominum, a DEO ſe auertens. Atque in hac doctrina perſtitit Eccleſia noſtra, nec uidentur in quibusdam locis diſſentire *Herrnhutiani*. Sed tamen, cum illi errores, quos anima iſta, quae Saluatoris eſt, commiſit, a Saluatore deriuent, eumque, quod errauerit illa, et ſeſe auerterit a Saluatore, in cauſis ponant, 3) itemque fra-

*Herrnhut. Saluatorem et*



2) Vid. *Programma* II, Num. 5, ſeqq.

3) Id quod ex uerbis ſeqq. *der 20 Predigt unter den 32 einzeln Predigten* intelligitur. Selbſt unſere Vergehungen, ſelbſt unſere große und kleine Schnitzer, die müſſen bey uns ihren Anfang gleichwohl aus einer Idee auf den Heyland genommen haben. Und darum iſt es nicht möglich, daß ein Kind Gottes ohne Betrug der Sünde zu einer Handlung kommen kan, die nicht nach des Heylandes Sinn iſt, oder gar gegen ſeinen Sinn. Solches kommt daher, weil das Gemüthe, wenn der Heiland das Hertze inne hat, aus Raiſonnement, aus Ueberlegung, aus Verführung, aus unrichtigen Schlüſſen, entweder nach und nach zu etwas verleitet, oder durch Furcht, durch übergehende Gewalt, zu etwas gezwungen werden kan, das nicht taugt, aber der Fond, der erſte aufſteigende Gedancke, die erſte Regung iſt allemahl Heilands mäßig. Auch die Mißverſtändniſſe, auch die Mißgriffe, auch dieſelben würckliche Irrungen, da man was vor gut hält, das bedenck-

*Spiritum S. cauſam peccati faciunt.* trum errores in Spiritum S. transferant, et, quod deſit homini, non ex uoluntate hominis, ſed ex uoluntate DEI, id ei deeſſe, ex eiusque uoluntate eum deficere, 4) qui peccata non adeo curet, nec,

bedencklich, gefährlich, oder gar ſchlim iſt, das muß ſich alles bey einer Seele die des Heilands iſt, aus dem Heiland herſchreiben. Und wenn der Heiland einem zeigt, man hat ſich geirrt, man iſt vorwitzig, unbeſonnen, tumm geweſen, man hat das unrechte ergriffen, ſo muß man mit groſſer Einfalt dort ſtehen und ſagen können: du weiſts, mein Hertz hat dabey an dir geklebt, du weiſts, meine Sinnen haben dabey an dir gehangen, du weiſts meine Gedancken ſind auf dich gerichtet geweſen, du weiſts, daß ich dich gemeynt habe. Nun hat der Heyland manchmahl ſchöne Gelegenheit, durch unſere Leichtſinnigkeiten, Schwächlichkeiten, Melancholien, über den unterlaſſen der Sachen, die wir hätten hübſch thun können, über den Querſtrichen, über den Thaten zur Unzeit, über unzehlichen Fehlern, die wir ſo die Woche über zuſammen bringen, in einer Seele einen Scrupel zu erregen, haſt du mich lieb? ſolſt du mich lieb haben? ſolſt du meine Seele ſeyn? Ey wenn du mich recht lieb hätteſt, wie hätteſt du es ſo machen können? wie hätteſt du die Rede von dir können hören laſſen? Wie hätteſt du die Gedancken haben können? wie hätteſt du da und da können ungehorſam ſeyn? Es iſt wahr lieber Heyland! Habe ich dich aber darum nicht lieb? biſt du darum nicht mein alles? habe ich nicht lange mit dir geredet von der Sache? habe ich dirs nicht den Augenblick geopfert, habe ich dirs nicht die Minute geklaget, wies ſo war? Ja, heiſts, ich habe dir aber nicht geantwortet, ich habe dich dir ſelbſt überlaſſen. Das iſt wahr, antwortet das Hertz, aber daraus iſts eben hergekommen, du haſt mich ſtecken laſſen. Ja du haſt mich nicht lieb, ich hätte dich nicht ſtecken laſſen. Ich ſolle dich nicht lieb haben? ich hänge an dir, ich bin dein, ich lebe in dir, ſo wahr du lebſt. Nun wanns ſo iſt, ſo wehrt ſich der Heyland nicht lange, das ſind nur ſo Augenblickgen, Minuten, ſie thun einen nichts, man kömmt in keine Anfechtung drüber, es kömmt zu keinen Scrupeln.

4) Scribit enim *in der IVten Homilie der Wundenlitaney*, Denn das (wann nemlich der Menſch die Gnade ſtöhret) macht hernach die Gnade immer

nec, eorum cauſa, moueatur ſcrupulus quidam, 5) quis, haec perpendens, eos cum Confeſſione noſtra idem ſentire, credet?

## §. III

In Articulo XX proponunt Confeſſores doctrinam de *bonis* operibus, eaque, I. noſtram Eccleſiam praecipere, non prohibere, ex *decem praeceptorum*, ſiue ex legis, doctrina, quae in noſtra Eccleſia ſcriptis propoſita fuerit, intelligatur, ſiue, ut ipſa uerba A. C. fluunt, *Falſo accuſantur noſtri, quod bona opera probibeant. Nam ſcripta eorum, quae extant de decem praeceptis, et alio ſimili argumento, teſtantur, quod utiliter docuerint de omnibus uitae generibus et officiis, quae genera uitae, quae opera in qualibet uocatione DEO placeant*, adeoque Legis neceſſitatem in Eccleſia, *Art. XX de bonis Operibus.*

mer trockner, daß ſie endlich gar abnimmt, daß manchmahl einer garſtig wird, der ſchön geweſen, welches noch gut iſt, in gewiſſen Verſtande: (Id quod falſum eſt, in nullo enim ſenſu, deformitas hominis, peccato, ſiue lapſu, contracta, dici poteſt bona, nedum reſpectu DEI, qui deformitatem peccati odit,) oder an ſich ſelbſt, wenn die Gnade einfältig und unſchuldig behandelt wird, wenns dem Menſchen fehlet, nicht, weil er will, daß es ihm fehlen ſoll, nicht, weil er nicht weiter begehret, weil er ſich damit begnüget, und ſich in ſeine Indolenz verſchanzet, ſondern, weils nun ſo iſt, weils in ihn heißt: Laß dir an meiner Gnade begnügen, nimm der weile vorlieb mit meiner Zufriedenheit mit dir, ohngeachtet dir noch vieles fehlet. Ergo DEVM defectuum humanorum et peccati cauſam eſſe ſtatuit, quod et, *Homil.* I, aſſeruit, quando itidem errores fratrum a Spiritu S. deducit, der eine freye Hand habe, und ſich nichts vorſchreiben laſſe, eumque hinc in culpa eſſe, prodit, quod fratres in ueritate non ducat.

5) Vid. paulo ante num. 3, ſub finem, et in eadem *Homil. I.* ſcribit, die wir ſolche mißvolle Hertzen und ſo ſchlecht ſind, die er ſo ſchlep-

cleſia, utpote quae operum norma eſt, aſſerunt, *Herrnhutiani* contra Legem a Chriſto ablatam eſſe, eamque ideo proſcribendam inſaniunt. 6) II. Aperte aduerſantur *Herrnhutiani* Confeſſorum doctrinae, qui in eodem Articulo docent, *quod opera noſtra non poſſint reconciliare DEVM*, *aut mereri remiſſionem pecca-*

ſchleppen und tragen, und mit einen erſtaunlichen Vergröſſerungs-Glaſe anſehen muß, wenn er was reales an uns finden will; da er ſein Hertz, ſein Eheherz, zum Microſcopio machen muß, dahinten unſer kleines Stäubgen von der Danckbarkeit, unſer Sonnenſtäubgen Liebe ihm etwa ſo vorkömmt, als wenn es ſo ein gantzes Hertz wäre, als wenns alles wäre, welches macht, daß er auf nichts ſiehet, und auf nichts Achtung giebt, als auf das, das er ſo das Punckum, das Centrum, worinnen ſich die Liebe gefangen hat, wo ſie kurz beyſammen iſt, ſeinem Hertzen präſentiret, und das übrige nicht gewahr werden will. Conf. Dn. M. SCHÜZII *Herrnhutianiſmus in Tumore*, p. 38, 162, et alibi.

6) Legatur de hoc errore *die fünfte Rede unter den ſieben lezten Reden*, in quo ſermone Dn. Comes totus eſt occupatus, ut legis abrogationem, eamque nihil amplius prodeſſe ac ualere, demonſtret, uid. ad hunc ſermonem Dn. MEHRLINGIVS *im gründlichen Beweis*, Art. XX, p. 417, ſeqq. itemque illi loci, quos Dn. D. HOFMANNVS collegit *in der fortgeſezten gegründeten Anzeige der Herrnhutiſchen Grundirthümer*, p. 45, ſeqq. et alibi, *in den Buding. Sam. Tom. I.* p. 77, ſeqq. ſcribit, Schweitz, nach der Bibel iſt um und um, über den Berner Synodum, keine Schrift gefunden: Herr Jeſu drücke die von dir drinne verfaßte Stücke in aller Hertz. = = daß ohne Chriſto kein Gnaden Wort. **Von ſeinem Tode gebets an und fort: daß ſo gar die Sünde aus ihm zu lernen, und das Geſetz nicht gnug zu entfernen von unſrer Lehr.** Daß das den wahrhaften Unterſcheid zwiſchen den Heyden und uns bedeut, (reſpicit ad Eph. II, 14, 15, quem locum de lege morali accepit eumque in *Serm. V*, allegato, fundamenti loco poſuit) daß die falſchen Lehrer daher entſtanden, daß mans Geſetze mit ſeinen Banden zurück geholet.

*peccatorum, et gratiam,* 7) *et iuſtificationem, ſed hanc tantum fide conſequimur, credentes, quod propter Chriſtum recipiamur in gratiam, qui ſolus poſitus eſt mediator et propitiatorium, per quem reconcilietur Pater.* 8) *Itaque qui confidit, operibus ſe mereri gratiam, is aſpernatur Chriſti meritum et gratiam, et quaerit ſine Chriſto humanis uiribus uiam ad DEVM, cum Chriſtus de ſe dixerit, Ego ſum uia, ueritas, et uita. Haec doctrina de fide ubique in Paulo tractatur.* Eph. II, 8, *Gratia ſalui facti eſtis per fidem, et hoc non ex uobis, DEI donum eſt, non ex operibus.* 9) Et paulo poſt. *Tantum fide apprehenditur remiſſio peccatorum et gratia.* III. Docent Confeſſores, quod fides non in hiſtorica notitia et aſſenſu, ſed in fiducia conſiſtat ſimul, ſcribentes, *Admonentur etiam* homines, quod *hic nomen fidei non ſignificet tantum hiſtoriae notitiam, qualis eſt in impiis et diabolo, ſed ſignificet fidem, quae credit non tantum hiſto-*

*Fide, non operibus, conſequimur remiſſionem peccatorum.*



---

7) His uerbis contrarios eſſe *Zinzendorfianos*, in *Program.* ad Artic. IV A. C. oſtendimus, et quidem, α) quod aſſerant, irregenitos precibus ſuis, adeoque operibus, DEVM reconciliare, remiſſionem peccatorum et gratiam mereri, poſſint, β) quod triplicem confinxerint remiſſionem peccatorum, cum unam, praeeunte Scriptura S. aſſerat A. Confeſſio.

8) Vtrum idem ſtatuant *Herrnhutiani*, ipſe diiudicet b. Lector ex uerbis, quae *Homil. I über die Wundenlitaney* extant, in quibus aſſerit, Chriſtum uocari *agnum*, nicht ſowohl darum, weil er Gottes ſein Opfer iſt, weil er Gott verſöhnet hat, in ſo fern iſt er ſein eigen Lamm, denn er hat ſich ſelbſt verſöhnt, und ſeiner eigenen Gerechtigkeit ein Genüge gethan, ergo Patrem excludit, contra Rom. V, 10, 1 Io. II, 2.

9) Non tantum ſine fide hominem poſſe conſequi remiſſionem, ſed ſaluari etiam, expreſſe docet *in der vierten Homilie derer 32 einzelen Gemeinreden*, in qua, quae de *extremo iudicio* agit, tres conſtituit homi-

*riam, ſed etiam effectum hiſtoriae, uidelicet hunc articulum, Remiſſionem peccatorum, quod uidelicet per Chriſtum habeamus gratiam, iuſtitiam, et remiſſionem peccatorum*, 10) et paulo poſt, *Auguſtinus etiam de fidei nomine hoc modo admonet lectorem, et docet, in Scripturis nomen fidei accipi, non pro notitia, qualis eſt in impiis, ſed pro fiducia, quae conſolatur et erigit perterrefactas mentes.* At *Herrnbutiani* fiduciae mentionem faciunt nullam, quando fidem deſcribunt, ſed in notitia ſaltem et aſſenſu acquieſcunt. 11) IV. Iuxta Chriſti ſententiam, Io. XVI, 23, docet A. C. Deum Patrem inuocandum eſſe, *Iam qui ſcit, ſe per Chriſtum habere propitium Patrem, is uere nouit DEVM, ſcit ſe ei curae eſſe, inuocat eum*, eosque, qui eum non inuocant, DEVM, tanquam hoſtem, odiſſe, pergens, *Ideo*

*Herrnbut. fides quae?*

---

num ordines, alios, qui cum Chriſto eſſent uenturi, alios, qui ad dextram collocarentur, alios, qui ad ſiniſtram. Atque eos, qui ad dextram, diſtingunt a credentibus in Saluatorem, ob beneficentiae tamen opera ſaluari docet in uerbis, die zur Rechten werden, (non propter fidem, ſed) **darum in die ewige Hütten, nachs Heiland ſeiner Rede aufgenommen, weil ſie ſich dieſer ſeiner Brüder (der Gläubigen,) in der Zeit nicht geſchämet, und ihnen gedienet haben,** eamque ob rationem uocat eos Stiefbrüder, ſcribens, und wenn ſie in der Stief-Brüderſchaft (in ſtatu ſcil. bonorum operum, ſine fide,) **ſterben, ſo kan man ſie in die ewige Hütten aufnehmen.** Quis negaret igitur, *Herrnbutianos* ab A. C. diſcedere, eosque aſpernari Chriſti meritum, dum, ſine fide homines ſaluari poſſe, aſſerunt.

10) Referantur hic, quae paulo ante No. 7. ſunt notata.

11) Id quod ex uerbis intelligitur, quae P. 2 *der Berlin. Reden*, p. 51, extant, **So gewiß glauben, daß Chriſtus Menſch geweſen, und für uns den Tod geſchmecket hat, als man von einer andern Sache mit Wahrheit und Redlichkeit ſagt, daß man ſie glaube, das iſt das wahre**

*Ideo DEVM tanquam hoſtem oderunt, non inuocant eum, nihil boni ab eo expectant.* Atque haec ſententia *Herrnhutianos* quoque tangit, qui, neque DEVM Patrem ſuum eſſe, neque inuocandum, dicunt. 12) V. Verbis Confeſſionis, *Et quia per fidem accipitur Spiritus S. iam corda renouantur et induunt nouos affectus, ut parere bona opera poſſint. Sic enim ait* Ambroſius. *Fides bonae uoluntatis et iuſtae actionis genitrix eſt. Nam humanae uires ſine Spiritu S. plenae ſunt impiis affectibus, et ſunt imbecilliores, quam ut bona opera poſſint efficere coram DEO. Ad haec ſunt in poteſtate diaboli, qui impellit homines ad uaria pec-* *Negant DEVM Patrem inuocandum eſſe.*



re Mittel uns auf einmahl ſeelig zu machen, mehr brauchen wir nicht. Et Num. 1735, u. 4, canunt, Gläuben, das iſt ohne ſehen Jeſu Todt und Leben fühlen, wie ſie ihn am Kreutze ſchmähen, wie ſie ſeine Gebeine durchwühlen. Atque inde iſte quoque error exortus uidetur, quem *in den ſieben lezten Reden* p. 54, ſeq. aſſerit, ſcilicet, eos etiam ſaluari, qui de ſua ſalute dubitent, et dubitantes moriantur, contra Hebr. XI, 1, et Iac. I, 6, 7. Conf. de fide *Herrnhut.* Dn. D. VVALCHIVS *im Theol. Bedenck.* p. 75, ſeqq.

12) Zinzendorfii uerba abominanda ad Art. I A. C. in *Progr. tertio* Num. 1 et 2, adduximus, *Eſchenbachii* autem, olim ſutoris, mox uero Epiſcopi, ex Dn. D. FRESENII *Nachrichten Vol. III, p. 185*, huc repetamus, Es ſey nicht nöthig, Gott den Vater anzubeten, es ſey nur in die Lufft gebetet, ſondern nur JEſum Chriſtum, ſeinen Sohn, der ſey der Jehova. Ad quae uerba notauit laudatus FRESENIVS ſequentia, *Was hier von* Eſchenbach *in Penſylvanien berichtet wird, das wird auch von den Herrnhutern in Europa geſchrieben,* - - Herr Treuer hat einem ſeiner beſten Freunde recht eingebunden, den Vater ja nicht im Nahmen Jeſu um Gnade und Vergebung der Sünden anzuruffen, *Zinzendorfius* autem *in der erſten Penſylvaniſchen Rede* haec blaspheme ſcripſit, Ich habe mich ſchon oft erkläret, daß ein ſolcher, (der nemlich einen Gott, den er den himmliſchen Vater heiſt, anbetet, oder ſonſt einen heil. Geiſt,) nach meinem Erkenntniß, von einem Diener

*Spiritum S. ſine fide accipi, et bona opera ſine fide fieri, poſſe, docent.*

*cata, ad impias opiniones, ad manifeſta ſcelera*, duplici modo contrarii ſunt *Herrnhutiani.* Nam primo, Spiritum S. ſine fide accipi, 13) deinde, ſine fide bona uoluntas et iuſtae actiones, ſiue bona opera, in homine irregenito inueniri, docent. 14)

## §. IV

Articulo XXI docet A. C. de Sanctis, quod illi honorandi quidem ſint, non autem inuocandi, in uerbis, *De cultu Sanctorum docent, quod memoria Sanctorum proponi poteſt, ut imitemur fidem eorum et bona opera iuxta uocationem, ut, Caeſar imitari poteſt exemplum Dauidis in bello gerendo ad depellendos Turcas a patria. Nam uterque Rex eſt. Sed Scriptura non docet inuocare ſanctos, ſeu petere auxilium a ſanctis. Quia unum Chriſtum nobis proponit, mediatorem, propitiatorium, Pontificem, et interceſſorem. Hic inuocandus eſt, et promiſit, ſe exauditurum eſſe preces noſtras, et hunc cultum maxime probat uidelicet, ut inuocetur in omnibus afflictionibus*, 1 Ioh. II, 1, 2. *Si quis peccat, habemus aduocatum apud DEVM.* Vtrum uero Dn. ZINZENDORFIVS Comes, in hac ueritate perſti-

des Jupiters, des Mercurii, des Apollo, oder ſonſt eines groſſen Helden, dem die Heiden den Gottes-Titel gegeben haben, in nichts differire. ꝛc. Sed unde hoc malum in *Zinzendorfio* eiusque ſociis? Indicat A. Confeſſio noſtra hoc ipſo in Articulo, *ſine fide non inuocat DEVM, a DEO, nihil expectat.* Hac igitur fide, quam A.C. docet cum deſtituti ſint *Herrnbutiani*, originem impiae doctrinae quilibet uidet.

13) Vid. quae de hac re ad Art. VI A. C. *Program.* IV diximus.

14) Vid. quae ſupra, No. 2, adduximus.

perſtiterit, iudicet ipſe b. Lector, quando ſanctis ſpeciales interceſſiones attribuit, 15) eosque, ut iuuent, implorat. 16) *Herrnhut. ſanctos implorant.*

## §. V

In Articulo XXII, ſiue I Articulorum eorum, in quibus recenſentur Abuſus mutati, aſſerunt, quod ſanguis Chriſti populo detur, ergo fide non tantum, ſed et ore accipiunt. *Herrnhut. fide ſaltem Corpus et ſanguinem*



15) *In den Büdingiſchen Sammlungen*, p. 97, P. I, recte ſcripſit Dn. Comes, durch die Schrift kan nicht bewieſen werden, daß man die Heiligen anruffen oder Hülfe bey ihnen ſuchen ſolte. Denn es iſt allein ein einiger Verſöhner und Mittler geſetzet zwiſchen GOtt und den Menſchen, JEſus Chriſtus, 1 Tim. 2, 5. welcher iſt der einige Heiland, der oberſte Prieſter, Gnadenſtuhl, und Vorſprecher für Gott, Röm. 8, 34. ꝛc. p. 98. uero ſcribit, So hat man auch nicht zu zweifeln, daß ſie (die Heiligen) in der generalen, und gelegentlich auch beſondern Fürbitte, ſo geneigt ſind, (conf. Ieſ. LXIII, 16,) als die in Leimen-Hütten wohnen, weil ſie natürlicher Weiſe weder an Gedächtnis, noch Willigkeit und Vermöglichkeit jenem was nachgeben. Sed a Sanctis uiuentibus in his terris ad ſanctos demortuos non ualet argumentatio. Hi enim nos noſtrasque calamitates, quae nobis poſt eorum diſceſſum accidunt, ignorant, Ieſ. LXIII, 16, nec praeſto eſt occaſio nobis, qua ipſis ſignificare poſſemus, hinc nec ſpecialiter intercedere pro nobis poſſunt. Illi uero norunt nos, noſtrasque afflictiones et deſideria uel fama, uel ex noſtra relatione, ſciunt, atque hinc aut ſponte, aut rogati, intercedere pro nobis poſſunt. conf. Num. ſeq.

16) Sic enim alloquitur Sanctos, apud Dn. D. FRESENIVM *in den Zugaben zu Herrn D. Walchs Theol. Bedencken von der Herrnhut. Secte*, p. 222. Fühlen eure theur-erlöſte Seelen, in des Bräutgams Hertz und Wunden-Hölen, die Noth der Glieder, der gedrückten und gebückten Brüder: Ey ſo werft euch ſelbſt und auch uns Armen, voller Andacht, in ſein Liebs-Erbarmen, und helft uns ringen, bis wir Kraft und Saft aus JEſu dringen.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-181050-p0015-9

*Chriſti accipiunt, et Conſuetudines contra Script. S introduxerunt.*

*Herrnhutiani* autem fide ſolum corpus et *ſanguinem Chriſti accipiunt.* 17) Deinde docent, *quod conſuetudo, contra mandata DEI introducta, non ſit probanda.* Tot ergo conſuetudines, quot contra Scripturam S. introduxit Comes, ſunt teſtes, quod diſceſſerit ab A. C. et, quod earum nulla ſit probanda, 18.)

## §. VI

*Herrnhut. coniugium pro Sacramento habent.*

Etiamſi coniugium non adimant ſacerdotibus *Herrnhutiani*, de quo in Articulo XXIII, ſiue II *de Abuſibus*, agit *Auguſtana Confeſſio*, tamen diſcedunt ab A. C. doctrina, quando coniugio partim uim inferunt, partim ei nimium tribuunt. Nam quoad hoc, coniugium eſſe *ſacramentum* magnum, μέγα μυστήριον, 19) quod aſſertum ut nullibi agnouit A. C. ſic, cum duo ſaltem ſacramenta docuerit, intelligitur, quod iſta coniugium

---

17) Vid. quae *Num.* 19 *Progr.* IV ad Art. X adduximus.

18) Spectant huc, quod Comes ZINZENDORFIVS Legem Moſis abrogauerit, alium baptizandi modum inſtituerit, DEVM Patrem, quem pro Patre ſuo non agnoſcit, nec pro Creatore, in nomine Ieſu inuocare interdixerit, Spiritum S. contra pro matre habendum eſſe effinxerit, ab Oratione Dominica publice abſtineat, coniugii uſum immutet, et quae ſunt reliqua. Conf. infra No. 40.

19) Ita enim canunt, *in der Zugabe zum XI Anhange*, No. 1843, u. 1. Wie bring ichs doch zuwegen, daß ich die Eheſegen, und auch die Ehepflicht, vollgültige Vergütung und treuliche Behütung des Eheſacraments bericht? et, u. 22, Schweigt von dem Freyenſtande, in unſerm Vaterlande, ſchweigt von der Reinigkeit, ihr ledige Eheverwandten, ſo lang ihr Ignoranten des Sacraments der Ehe ſeyd. Conf. Dn. D. WALCHIVS *im Theol. Bedencken*, p. 110, ſeqq.

iugium, pro ſacramento non habuerit, ZINZENDORFIANI autem, qui ſeptem, imo plura, ſacramenta, 20) in iisque Coniugium, ſtatuunt, ab A. C. doctrina diſceſſerint. Quoad illud uero hic *α*) eadem querela auditur de exemplis *Herrnhutianorum*, 21) quam in A. C. uerbis primis, quae haec ſunt, *Publica querela fuit de exemplis Sacerdotum*, *qui non continebant*, de exemplis Sacerdotum in Papatu obſeruamus, β) ſumit ſibi Dn. Comes contra hanc ſententiam A. C. *Primum*, *quia* Paulus *dicit*, Vnusquisque habeat uxorem ſuam propter fornicationem. *Item*, melius eſt nubere, quam uri. *Secundo Chriſtus inquit*, Non omnes capiunt uerbum hoc. *Vbi docet*, *non omnes homines ad coelibatum*

*idoneos*

---

20) Id quod intelligitur ex uerbis, quae P. 2 *der Penſylu. Reden* leguntur, ſequentibus. Es ſind der Sacramenten in der Evangel. Kirche zwey, in der Catholiſchen Kirche ſieben, in der Griechiſchen Kirche ohngefehr eben ſoviel. Und wenn wir ſie alle einfältig und treuhertzig durchreden könten, würden ihrer nicht viel unter der Zahl ſeyn, ſondern es würden vielleicht noch ein paar mehr herauskommen, rc. Vid. quae ad hunc locum Dn. MEHRLINGIVS *im Gründl. Beweis*, ſaepius citato, egregie ſcripſit, p. 463, ſeqq.

21) Haec uerbis Dn. MEHRLINGII explicare malo, quam meis, Art. XXX *vom Hausſtand*, p. 906, l. c. ſcribentis, *Ja damit ſeine Eheleute ſich müſſen enthalten*, *und Pauli Erlaubnis renunciren*, *bey welchen er es nöthig zu ſeyn glaubet*, *ſo trennet er ſie öfters auf Iahr und Tag von einander*, *dadurch*, *daß er eins von ihnen in dieſen*, *das andere in jenen Welttheil verſchicket*. *Aber es begegnet ihnen auch gemeiniglich das*, *was Paulus von allen denen*, *die ſeiner Erlaubnis renunciren*, *und doch die Gabe der Enthaltung nicht haben*, *beſorget*, *daß ſie nemlich vom Satan zur Unkeuſchheit nicht nur verſucht*, *ſondern auch wohl zum würcklichen Ehebruch verleitet werden*, huius aſſerti exempla affert, p. 887, ſeqq. 903, 907, et alibi.

*idoneos eſſe, quia DEVS creauit hominem ad procreatinem*, Gen. I. *Nec eſt humanae poteſtatis ſine ſingulari dono et opere DEI creationem mutare. Igitur, qui non ſunt idonei ad coelibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum DEI et ordinationem DEI nulla lex humana, nullum uotum tollere poteſt*, primo cogere coniuges, ut abſtineant a conſuetudine coniugali, ipſisque praeſcribere, quoties cohabitare debeant, nullo habito reſpectu, utrum urant, an toties poſſint, prout iuſſit, cohabitare, 22) deinde ultro matrimonia contrahere, prout animorum conſenſus et amor, aetas, ac circumſtantiae alicuius hoc requirunt, inſaniae eſſe ait, mortalia matrimonia permittit, ſed ipſe pro ſuo lubitu et uoluntate matrimonia iungit, quoſcunque uult, licet diſſenſerint uel maxime. 23) Vt uero ſuam malitiam tegat, eosque

*Coniuges, ut contineant, cogunt. Sponte nubere ipſis non licet.*

---

22) De his Dn. MEHRLINGIVS, haec ſcribit, *Es iſt dem Herrn Grafen nicht gnug, in ſofern ſich Meiſter über die Ehen ſeiner Leute zu machen, daß keines ohne ſeine Verkuppelung hinein zu treten Erlaubnis hat, ſondern er nimmt ſich auch die Gewalt heraus über den Beyſchlaf Herrnhutiſcher Eheleute zu diſponiren, wie oft oder ſelten, ingleichen auf was Art und Weiſe der Beyſchlaf von ihnen geſchehen ſolle. etc.* Vid. eius *Gründlicher Beweis*, p. 904. ſeqq.

23) Prout ex uerbis, quae *Homil.* 34 *über die Wundenlitaney* leguntur, Wann Brüder noch ſo einen Reſpect von der Ehe hätten, wenn ſie an ihrer Perſon fänden, daß ſie ſich mit der Zeit in dieſen Stand ſchickten, und ſich dazu beruffen glaubten, ſo müſſen ſie doch, ſo lange ſie vom Gemein-Geiſt nicht zur Ehe aufgeruffen werden, in ihren ledigen Stand am ſeeligſten ſeyn. Wann wir den erſten Gedancken von einer Jungfer, die gern freyen, und von einem ledigen Bruder, der ultro ſeinen Stand verändern wolte, höreten, ſo würden wir ſie für nicht richtig im Kopffe halten, und würdens nicht im Hertzen ſuchen,

eosque eo ſecurius decipere poſſit, ſortilegia introduxit fraudulenta, 24) tertio creationem et naturam humanam mutare audet, dum eo inſaniae progreditur, ut ſine uoluptate concumbant, 25) quarto doctrinam *Pauli*, quam Confeſſio Aug. ex *1 Cor. VII* allegauit, in principiis refert, quae ad canes ſpectent, *Alii Herrnhut. errores grauiſſimi.*

C

chen, ſondern in einer unrichtigen Phantaſie, et ex GEORGII IACOBI SVTORIS *Unterſuchung der Secten Thorheit derer Herrnhuter*, intelligitur, ſcribentis, Wenn mann 1, 2, bis 300 ſo arme Proſelyten zuſammen gebracht auf obige Art, da fängt man an zu copuliren, zu 50 bis 100 auf einmahl, da giebts denn ein unausſprechlich Elend, weil die einander oft gantz unerträglich ſind, und auch finden ſich oft Fehler und Gebrechen bey Perſonen, die nicht zu leiden ſind, welches die Leute aber nicht wiſſen, bis ſie einander haben. Ich habe anſehnliche Manns-Perſonen gekannt, die ſo glücklich geweſen, daß ſie eine Jungfrau bekommen zur Gemahlin, die mir und andern Leuten aber wohl bekannt geweſen, daß ſie verſchiedene Kinder lediges Standes gehabt, er muſte aber zufrieden ſeyn, ohne den Jammer, daß ſo viele und oft gantz junge Leute, auſſer Mittel, auſſer Gewerbe, und Handthierung zuſammen gebracht werden, blos darum, daß man ſie feſte anbindet, da die Leute denn in die aller deſperateſte Umſtände kommen. Conf. Dn. D. FRESENII *bewährte Nachrichten* Vol. I, p. 689, ſeq. Dn. D. VVALCHIVS, *im Theol. Bedenck.* p. 193, ſeqq.

24) Vid. Dn. D. FRESENIVS, l. c. p. 380, ſeqq. Vol. I. Conf. Dn. D. VVALCH. l. c. p. 165, 196. Dn. M. CHRISTOPH. BAVERI *vorwitzige Kunſt den Heiland durchs Los um Rath zu fragen.*

25) Ita enim, *in den Büding. Sammlungen*, P. IV, p. 513, ſeq. ad quaeſtionem, quam Dn. abbas STEINMEZ propoſuerat, reſpondet Comes, q. 28. Ob die eheliche Beywohnung von keinen geſchehen dörffe, der nicht zu den Grad gekommen, daß ſie ohne alle Luſt geſchehe? Reſp. Herrnhut, das lehren wir nicht, ſondern bleiben bey dem, was 1 Cor. 7 ſtehet. Reſp. Marienborn, bey den Mohren und Inſulanern muß man ſich nothwendig nach 1 Cor. 7. richten, denn da

ſtent 26) ſexto, maritos non eſſe ueros ac proprios coniuges, ſed *Vice Chriſtos, Repraeſentantes et Procuratores* Chriſti, qui ſit uerus maritus, maſculino autem generi uices ſuas commiſerit, 27) et quae

---

da iſt caſus ipſiſſimus. Wenn ich aber dieſen tolerirten Hunds-Principiis in unſern Gemeinen den Paß verſperren, und unſere Eheleute in dieſer Nothwendigkeit, der fleiſchlichen Luſt unwiſſend, erhalten kan, ſo iſts meine Freude. Conf. Dn. D. WALCHII *Theol. Bedencken*, p. 117, ſeq. Dn. MEHRLING. l. c. p. 904, ſeq.

26) Vid. Nota antecedens. Conf. Dn. D. BENNER *in Lerna Zinzendorfiana*, Et p. 98 P. 4. cit. *der Büding. Sammlung*. ſcribit Comes. Was die Materie vom Eheſtand anbetrift, ſo iſt die Einſetzung Gen. 2 und Matth. 19 zwar klar zu ſehen, und läſſet man alles, was von der damahligen Policey Sache in Confeſſione urgiret wird, ſich mit Paulo billig gefallen, aber darwider iſt feyerlich zu proteſtiren, daß ein Jünger JEſu zu Stillung der Lüſte heyrathen dürffe.

